# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 33.
Pagine 1348-1379.

Ebdomada j. post octavas pasche.
Plenum servitium de sancta Maria
in tempore paschali.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMX.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2010.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2010.

# ℂ *Feria ij. post octavas pasche.*

## *Ad matutinas.*

AS:250; 1519:234v; 1531:134v.[1]

1023. Invit. VI.iii.




*Ps.* Ve-ní-te. 35*.

*Hoc invitatorium dicitur in omnibus feriis usque ad ascensionem Domini quando de feria agitur.*

*Hymnus.* Auróra lucis rútilat. 1328.

*Super psalmos dicitur hec sola antiphona.*

AS:250; 1519:234v; 1531:134v.

1328. Ant. I.iii.




*Ps.* Dóminus illuminátio. Glória Patri. (*xxvj.*) [160].

*Ps.* Ad te Dómine clamábo. Glória Patri. (*xxvij.*) [161].

*Ps.* Afférte Dómino. Glória Patri. (*xxviij.*) [162].

℣. Resurréxit Dóminus. 1242.

ℂ *Hac die incipiatur Apocalipsis nisi aliquod festum impediat : et tunc in proxima feria vacante incipiatur : et legatur per hanc ebdomadam et duabus ebdomadis sequentibus : quando de feria agitur.*

*Non dicuntur benedictiones feriales ante lectiones in feriis hujus temporis : sed tres benedictiones de his que dicuntur in festis ix. lectionum, scilicet* Benedictióne perpétua. *et cetere per ordinem : et postea* Omnípotens Dóminus. *alternando.*

*Lectio j. Apoc. j.* (1.)

APocalípsis Jesu Christi quam dedit illi Deus palam fácere servis suis : que opórtet fieri cito, et significávit mittens per ángelum suum servo suo Johánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei : et testimónium Jesu Christi in his quecúnque vidit. Beátus qui legit et qui audit verba prophétie hujus : et servat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Tu autem.

AS:251; 1519:239v; 1531:134v.[2]

1. Resp. VII.




6448.

6448b.




*Lectio ij.* (*Apoc. j.* 4.)

JOhánnes septem ecclésiis que sunt in Asia. Grátia vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui ventúrus est. Et a septem spirítibus qui in conspéctu throni ejus sunt : et a Jesu Christo qui est testis fidélis primogénitus mortuórum et princeps regum terre, qui diléxit nos et lavit nos a peccátis nostris in sánguine suo, et fecit nos regnum et sacerdótes Deo et Patri suo. Ipsi glória et impérium in sécula seculórum amen. Ecce venit cum núbibus, et vidébit eum omnis óculus, et qui eum pupugérunt : et plangent se super eum omnes tribus terre étiam amen. Ego sum alpha et oo, princípium et finis : dicit Dóminus Deus qui est et qui erat et qui ventúrus est omnípotens. Tu autem.

AS:251; 1519:240r; 1531:134v.[3]

6633. 2. Resp. III.






6633b.

*Lectio iij.* (*Apoc. j.* 9.)

EGo Johánnes frater vester et párticeps in tribulatióne et regno et patiéntia in Jesu Christo : fui in [*135r.*] ínsula que appellátur Pathmos, propter verbum Dei et testimónium Jesu Christi. Fui in Spíritu in Domínica die : et audívi post me vocem magnam tanquam tube di-céntis, Quod vides scribe in libro et mitte septem ecclésiis que sunt in Asia : Ephéso, et Smirne, et Pergámo, et Thiatíre, et Sardis, et Philadélphie,[4] et Laodície. Et convérsus sum : ut vidérem vocem que loquebátur mecum.

AS:251; 1519:234v; 1531:134v.[5]

3. Resp. VII.




6153.




6153a.




℣. Glória. 95*. ‡Allelúya.

*Ista predicta responsoria, scilicet* Dignus es. ℟. Locútus. ℟. Vidi portam. *cum ceteris responsoriis subsequentibus : dicantur alternis vicibus per singulas ebdomadas usque ad quartam dominicam.*

*Non dicitur Ps.* Te Deum. *in feriis quando de feria agitur per totum annum.*

## *Ante laudes.*

℣. In resurrectióne tua Christe. 1248.

## ℭ *In laudibus.*

AS:252; 1519:235r; 1531:135r.

Ant. VI.




1327.

*Et dicitur hec sola predicta antiphona quotidie in laudibus usque ad ascensionem Domini : quando de feria agitur.*

*Capitulum.* Omne quod natum. 1332.

*Et dicuntur capitula de dominicis per singulas ebdomadas usque ad ascensionem Domini [quando de feria agitur]*[6] *: nisi in ij. feria in rogationibus tantum ad matutinas.*

*Hymnus.* Sermóne blando. 1333.

℣. Surréxit Dóminus de sepúlchro. 1240.

*Super psalmum* Benedíctus. *dicatur una de predictis antiphonis.* 1345.

*Oratio dominicalis quotidie dicitur : quando de feria agitur usque ad vigiliam ascensionis Domini : nisi in ij. feria rogationum ad matutinas tantum.*

ℭ *Sciendum est quod inter pascha et penthecosten et ultra usque ad* Deus ómnium. *nulle fiant preces in ferialibus diebus ad vesperas neque ad matutinas nec ad alias horas, nisi ad primam et completorium : tunc dicantur preces consuete sine prostratione more solito.*

*Memoria de cruce fiat cum hac antiphona.*

AS:252; 1519:235r; 1531:135r.

Ant. VI.




1957.



démit nos al-le-lú-ya al-le-lú-ya. S.A.E.

*Versus.* Dícite in natiónibus. 1268.

*Oratio.* Deus qui pro nobis Fílium tuum. 1268.

*Memoria de sancta Maria cum hac antiphona.*

AS:252; 1519:235r; 1531:135r.[7]

4214. Ant. I.v.



PA-ra-dí-si * porta per E-vam cunctis clausa est :



et per Ma-rí-am vírgi-nem í-te-rum pa-te-fácta est



al-le-lú-ya. S.A.E.

℣. Post partum. [188].

*Oratio.* Grátiam tuam. 1268.

*Require in die pasche post ij. vesperas.* 1269.

*Memoria de omnibus sanctis fiat cum una istarum antiphonarum sequentium videlicet.*

AS:pl. J.; 1519:235v; 1531:135r.

4736. Ant. VIII.ii.



SAncti tu-i Dómi-ne flo-ré-bunt * si-cut lí-li-um



al-le-lú-ya : et si-cut odor balsámi e-runt ante te



al-le-lú-ya.

*Vel hec ant.*

AS:pl. J.; 1519:235v; 1531:135r.

Ant. VIII.i.



SAnc- ti et justi * in Dómi-no gaudé-te al-le- 4729.



lú- ya : vos e-lé-git De-us in he-re-di-tá-tem si-bi al-le-



lú-ya.

*Vel hec ant.*

AS:pl. J.; 1519:235v; 1531:135r.

Ant. I.v.



IN ve-laménto * cla-mant sancti tu- i Dómi-ne 909999.



al-le- lú-ya al-le-lú-ya al-le- lú-ya.

℣. Vox letície et exultatiónis.

℟. In tabernáculis justórum allelúya.

*Oratio.*

PRresta quésumus omnípotens Deus : ut in resurrectióne Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui cum ómnibus sanctis, percipiámus

veráciter portiónem. Qui tecum.

*Sequantur matutine de sancta Maria in conventu : et cetera ut in servitio beate Marie notatur.* [500]. *Tamen quando fiunt memorie de omnibus sanctis ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria fiant cum antiphonis, versibus et orationibus que huic ferie intitulantur usque ad vigiliam ascensionis Domini.*

## ℂ *Ad primam.*

AS:252; 1519:235v; 1531:135r.[8]

Ant. I.v.

1332.







(*liij.*) [95].

*Ps.* Beáti immaculáti. (*cxviij.* 1.) [96].

*Ps.* Retríbue servo. (*cxviij.* 17.) [97].

*Ant.* Glória tibi Trínitas. [100].

*Ps.* Quicúnque vult. [100].

*Capitulum.* Domine miserere. [105].

AS:252; 1519:236r; 1531:135r.[9]

Resp. VI.

60172.







60172b.







*Et cetera que ad primam pertinent* [*expleantur*][10] *: absque prostratione.* [III.]

## ℭ *Ad tertiam.*

AS:253; 1519:236r; 1531:135r.[11]

Ant. VII.i.

 1331.





*Capitulum de dominica.* 1332.

℟. Resurréxit Dóminus. 1337.

## ℭ *Ad vj.*

AS:253; 1519:236r; 1531:135r.

1328. Ant. VI.





*Ps.* Defécit. (*cxviij.* 81.) [141].

*Capitulum de dominica.* 1337.

℟. Surréxit Dóminus vere. 1338.

## ℂ *Ad ix.*

AS:253; 1519:236r; 1531:135r.

1327. Ant. IV.i.



A-L-le-lú-ya * al- le-lú- ya. *Ps.* Mirabília. (*cxviij.* 129.) [150].

*Capitulum de dominica.* 1338.

℟. Surréxit Dóminus de sepúlchro. 1338.

℣. In resurrectióne tua Christe. 1339.

*He predicte antiphone et ℟. cum suis versiculis [ad horas]*[12] *dicuntur in omnibus feriis usque ad ascensionem Domini, quando de feria agitur.*

## ℂ *Ad vesperas.*

*Super psalmos dicitur hec sola antiphona.*

AS:253; 1519:236r; 1531:135r.

Ant. I.iii.



A-L- le- lú- ya * al- le- lú- ya al- le- lú- ya. 1328.



*Ps.* Diléxi. (*cxvj.*) [319].

*et ceteri psalmi feriales.*

*Capitulum de dominica.* 1332.

*Hymnus.* Ad cenam Agni. 1342.

℣. Mane nobíscum Dómine. 1324.

*Super psalmum* Magníficat. *dicatur una de predictis antiphonis.* 1345.

*Oratio dominicalis.* 1324.

[*Ordo hujus ferie hymnorum, versiculorum ad matutinas, laudes et ad vesperas servetur usque ad ascensionem Domini quando de feria agitur : nisi quod versiculi* Resurréxit Dóminus. *et* Surréxit Dóminus vere. *dicantur ante lectiones in feriis alternis vicibus et non alii.*][13]

*Memoria de cruce fiat cum hac antiphona* [*hoc modo*].[14]

AS:253; 1519:236v; 1531:135r.

Ant.
II.i.

1951.




℣. Dícite in natiónibus. 1268.

*Oratio.* Deus qui pro nobis. 1268.

*Memoria de sancta Maria cum hac antiphona* Paradísi porta. 1354.

℣. Sancta Dei genítrix. 1268.

*Oratio.* Grátiam tuam quésumus. 1268.

[*135v.*] *Memoria de omnibus sanctis fiat cum hac antiphona.*

AS:pl. J.; 1519:236v; 1531:135v.

3211.




℣. Vox letície et exultatiónis. 1355.

*Oratio.* Presta quésumus omnípotens Deus. 1356.

*Hic ordo memoriarum ad vesperas et ad matutinas hujus ferie servetur usque ad ascensionem Domini tam in feriis quam in festis sine regimine chori.*

# ℂ Feria iij. post octavas pasche.

## *Ad matutinas.*

*Antiphona super psalmos.*

AS:253; 1519:236v; 1531:135v.[15]

Ant. I.iv.



1328.

A L-le-lú-ya* al-le-lú-ya al-le-lú-ya. *Ps.* Dixi custódiam. (*xxxviij.*) [201].

*Ps.* Expéctans expectávi. (*xxxix.*) [202].

*Ps.* Beátus qui intélligit. (*xl.*) [203].

℣. Surréxit Dóminus vere. 1253.

*Lectio j.* *Apoc. j.* (12.)

ET convérsus vidi septem candelábra áurea : et in médio septem candelabrórum aureórum, símilem Fílio hóminis véstitum pódere, et precínctum ad mamíllas zona áurea. Caput autem ejus et capílli erant cándidi tanquam lana alba et tanquam nix : et óculi ejus velut flamma ignis, et pedes ejus símiles auricálco sicut in camíno ardénti. Et vox illíus : tanquam vox aquárum multárum. Et habébat in déxtera sua stellas septem, et de ore ejus gládius ex utráque parte acútus exíbat : et fácies ejus sicut sol lucens in virtúte sua.

AS:253; 1519:236v; 1531:135v.[16]

1. Resp. II.



7096.

L O-cú-tus est * ad me u- nus de septem án-ge-



lis di- cens, Ve-ni os-téndam ti-bi no-vam nup- tam







7096b.










*Lectio ij.* (*Apoc. j.* 17.)

ET cum vidíssem eum : cécidi ad pedes ejus tanquam mórtuus. Et pósuit déxteram suam super me dicens, Noli timére. Ego sum primus et novíssimus, et vivus et fui mórtuus : et ecce sum vivens in sécula seculórum. Et hábeo claves mortis et inférni. Scribe ergo que vidísti, et que sunt : et que opórtet fíeri post hec. Sacraméntum septem stellárum quas vidísti in déxtera mea : et septem candelábra áurea. Septem stelle, ángeli sunt septem ecclesiárum : et candelábra septem, septem ecclésie sunt.

AS:254; 1519:237r; 1531:135v.[17]

6152. 2. Resp. I.






6152z.

*Lectio iij. Apoc. ij.* (1.)

ET ángelo Ephési ecclésie scribe, Hec dicit qui tenet septem stellas in déxtera sua : qui ámbulat in médio septem candelabrórum aureórum. Scio ópera tua et labórem et patiéntiam tuam : et quia non potes sustínere malos. Et tentásti eos qui se dicunt apóstolos et non sunt : et invenisti eos mendáces. Et patiéntiam habes et sustinuísti propter nomen meum et non defecísti, sed hábeo advérsus te quod charitátem tuam primam reliquísti. Memor esto ítaque unde excíderis, et age peniténtiam et prima ópera fac. Sin autem : venio tibi et movébo candelábrum tuum de loco suo, nisi peniténtiam égeris. Sed hoc habes bonum quia odísti facta Nicholaitárum, que et ego odi. Qui habet aures audiéndi áudiat : quid spíritus dicat ecclésiis. Vincénti dabo édere de ligno vite : quod est in paradíso Dei mei.

AS:254; 1519:237r; 1531:135v.[18]




℣. Glória. 95*. ‡Allelúya.

## *Ad vesperas.*

*Super psalmos antiphona.*

AS:254; 1519:237v; 1531:135v.

Ant.
IV.vi.



1328.



*Ps.* Letátus sum. (*cxxj.*) [325].

*et ceteri psalmi illius ferie.*

# ℂ *Feria iiij.*

## *Ad matutinas.*

*Antiphona super psalmos.*

AS:255; 1519:237v; 1531:135v.

1328. Ant. VIII.i.






*Ps.* Dixit insípiens. (*lij.*) [221].

*Ps.* Exáudi Deus oratiónem meam, et ne despéxeris. (*liiij.*) [222].

*Ps.* Miserére mei Deus quóniam. (*lv.*) [223].

℣. Resurréxit Dóminus. 1242.

*Lectio j. Apoc. ij.* (8.)

ET ángelo Smirne ecelésie scribe, Hec dicit primus et novíssimus, qui fuit mórtuus et vivit. Scio tribulatiónem tuam et paupertátem tuam, sed dives es et blasphemáris ab his qui se dicunt Judéos esse et non sunt, sed sunt synagóga Sáthane. Nichil horum tímeas que passúrus es. Ecce missúrus est dyábolus áliquos ex vobis in cárcerem ut tentémini, et habébitis tribulatiónem diébus decem. Esto fidélis usque ad mortem : et dabo tibi corónam vite. Qui habet aures audiéndi, áudiat, quid Spíritus dicat ecclésiis. Qui vícerit : non ledétur a morte sécunda.

AS:255; 1519:237v; 1531:135v.[19]

7877. 1. Resp. VII.






7877a.

*Lectio ij.* (*Apoc. ij.* 12.)

ET ángelo Pergámi ecclésie scribe, Hec dicit qui habet rúmpheam :
[*136r.*] ex utráque parte acútam. Scio ubi hábitas ubi sedes est Sáthane : et tenes nomen meum : et non negásti fidem meam. Et in diébus illis, Antiphas testis meus fidélis qui occísus est apud vos : ubi Sáthanas hábitat. Sed hábeo advérsus te pauca : quia habes illic tenéntes doctrínam Bálaam, qui docébat Balach míttere scándalum coram fíliis Israel, édere et fornicári. Ita habes et tu tenéntes doctrínam Nicholaitárum. Simíliter peniténtiam age. Si quóminus véniam tibi cito : et pugnábo cum illis in gládio oris mei. Qui habet aures audiéndi áudiat : quid Spíritus dicat ecclésiis. Vincénti dabo

manna abscónditum, et dabo ei cálculum cándidum et in cálculo nomen novum scriptum : quod nemo scit nisi qui áccipit. Tu autem.

AS:255; 1519:238r; 1531:136r.[20]

7876. 2. Resp. I.

7876a.




*Lectio iij.* (*Apoc. ij.* 18.)

ET ángelo Thyatíre ecclésie scribe, Hec dicit Fílius Dei qui habet óculos tanquam flammam ignis : et pedes ejus símiles auricálco. Novi ópera tua et fidem et charitátem et ministérium et patiéntiam tuam : et ópera tua novíssima plura prióribus. Sed hábeo advérsum te : quia permíttis mulíerem Jézabel que se dicit prophétem dócere, et sedúcere servos meos, fornicári et manducáre de ydolotítis : et dedi illi tempus ut peniténtiam ágeret, et non vult penitére a fornicatióne sua. Et ecce mitto eam in lectum, et qui mechántur cum ea in tribulatiónem

máximam, nisi peniténtiam égerint ab opéribus suis : et fílios ejus interfíciam in mortem. Et scient omnes ecclésie, quia ego sum scrutans renes et corda : et dabo unicuíque vestrum secúndum ópera vestra. Tu autem.

AS:255; 1519:238r; 1531:136r.[21]

3. Resp. III. 6898.




6898a.

℣. Glória Patri. 93*. ‡Allelúya.

## ℂ *Ad vesperas.*

AS:256; 1519:238r; 1531:136r.

1328. Ant. VIII.ii.





*Ps.* Nisi Dóminus edificáverit. (*cxxvj.*) [331].

*et ceteri palmi feriales.*

# ℂ *Feria v.*

## *Ad matutinas.*

*Super psalmos ant.*

AS:256; 1519:238r; 1531:136r.

Ant.
II.i.




1328.



*Ps.* Salvum me fac. *ij.* (*lxviij.*) [241].

*Ps.* Deus in adjutórium. (*lxix.*) [243].

*Ps.* In te Dómine sperávi. *ij.* (*lxx.*) [243].

℣. Surréxit Dóminus vere. 1253.

*Responsoria dicuntur que in ij. feria precedenti dicebantur.* 1349.

## ℂ *Ad vesperas.*

*Super psalmos ant.*

AS:256; 1519:238v; 1531:136r.

Ant.
IV.vii.




1328.



*Ps.* Meménto Dómine. (*cxxxj.*) [337].

*et ceteri psalmi feriales.*

# ℂ *Feria vj.*

## *Ad matutinas.*

*Super psalmos ant.*

AS:256; 1519:2381362v; 1531:136r.

1328. Ant. I.iv.




*Ps.* Exultáte Deo adjutóri. (*lxxx.*) [265].

*Ps.* Deus stetit. (*lxxxj.*) [266].

*Ps.* Deus quis símilis. (*lxxxij.*) [267].

℣. Resurréxit Dóminus. 1242.

*Responsoria que in iij. feria precedente dicuntur.* 1361.

## [*Ad vesperas.*[22]

AS:256.

1328. Ant. V.i.




*Ps.* Confitébor. (*cxxxvij.*) [344].

# *Sabbato.*

## *Ad matutinas.*

AS:256.

Ant.
IV.vii.




1328.



*Ps.* Cantáte. (*xcvij.*) [289].

[*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcviij.*) [289].

*Ps.* Jubiláte Deo. (*xcix.*) [290].

*Responsoria que in iiij. feria precedente dicuntur.* 1366.][23]

*Si aliquod festum in aliqua die predictarum feriarum contigerit unde fieri debeat servitium deinceps non servetur ordo feriarum in versiculis et responsoriis cantandis : sed ordo versiculorum et responsoriorum in feriis subsequentibus, quod etiam observetur per singulas ebdomadas usque ad ascensionem Domini : videlicet ab una dominica usque ad aliam dominicam tantum, non tamen semper in dicendo predicta responsoria sed alias alia responsoria dicuntur sicut inferiis patebit. Ita tamen quod responsoria de quarta*[24] *feria non omittantur : si tot ferie vacaverint ab octavis pasche usque ad iiij. dominicam post pascha.*[25] *Supradictus ordo antiphonarum super psalmos ad vesperas et ad matutinas servetur usque ad festum ascensionis Domini : quando de feria agitur. De quocunque etiam fit servitium in feriis usque ad ascensionem Domini, nulla fiat memoria de feria nisi in secunda feria rogationum et in vigilia ascensionis Domini, tunc enim de quocunque fit servitium : fiat solennis memoria de jejunio ad matutinas tantum : licet dedicatio ecclesice fuerit ipso die.*

# [*Plenum servitium de sancta Maria in tempore paschali.*]

¶ *Quando fit plenum servitium de sancta Maria in tempore paschali, scilicet ab octavis pasche usque ad penthecosten.*

## ¶ *Ad vesperas.*

*Super psalmos dicatur antiphona* Post partum. [484]. *et finiatur cum* Allelúya. [*hoc modo.*][26]

1519:238v.




*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Beáta es María. [484].

*Hymnus.* Ave maris stella. {407}.

℣. Sancta Dei génitrix. [485].

*Ant.* Sancta Maria succúrre míseris. [504].

*Ps.* Magníficat. 60*.

*Et finiatur predicta antiphona cum* Allelúya. [*hoc modo.*][27]

1519:238v.




*Oratio.* Concéde nos fámulos tuos quésumus Dómine. [505].

*Memoria si habeatur de aliquo sancto fiat et postea de resurrectione : sicut in aliis festis cum regimine chori.*

## [*Ad completorium.*]

❡ *Completorium de temporali non mutatur nisi quod in fine hymni* Jesu Salvátor séculi. *dicetur versus* Glória tibi Dómine, Qui natus es de vírgine : Cum Patre. *&c. post versum* Quésumus auctor ómnium.

## ❡ *Ad matutinas.*

*Invitatorium.* In honóre beatíssime. *et finiatur cum* Allelúya. [487].

*Ps.* Veníte. *et dicatur a duobus rectoribus chori.* 13*.

*Hymnus.* Quem terra. {244}.

*Hec sola antiphona dicatur super psalmos videlicet ant.* Benedícta tu. 131. *et finiatur* [*136v.*] *cum* Allelúya. [*hoc modo.*][28]

1519:239r.




*Ps.* Dómine Dóminus noster. (*viij.*) [17].

*Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

*Ps.* Domini est terra. (*xxiij.*) [93].

℣. Sancta Dei génitrix virgo semper María. [485].

*Hi predicti psalmi cum predicta antiphona et versiculo dicuntur quotiens fit plenum servitium de sancta Maria usque ad penthecosten et non alii psalmi nec alia antiphona nec alius versiculus.*

*Lectio j.* (*Augustin. super Johannem, Tractat.* 119.)[29]

STabant juxta crucem Jesu mater ejus : et soror matris ejus María Cléophe : et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus matrem et discípulum stantem quem diligébat : dicit matri sue, Múlier, ecce Fílius tuus. Deínde dicit discípulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora : accépit eam discípulus in sua. Hec nimírum est illa hora, de qua Jesus aquam conversúrus in vinum : díxerat matri, Quid michi et tibi est, múlier ? Nondum venit hora mea. Hanc ítaque horam predíxerat, que tunc nondum vénerat, in qua debéret agnóscere moritúrus : de qua fúerat mortáliter natus. Tunc ergo divína factúrus, non divinitátis sed in-

firmitátis matrem velut incógnitam reprehendébat, nunc autem humána jam pátiens ex qua factus fúerat homo, afféctu commendábat humáno. Tunc enim qui Maríam creáverat, innotescébat virtúte : nunc vero quod María pepérerat pendébat in cruce. Morális ígitur insinuátur locus. Facit quod faciéndum ádmonet, et exémplo suo suos instrúxit precéptor bonus : ut a fíliis piis impendátur cura paréntibus, tanquam lignum illud ubi erant fixa membra moriéntis, étiam cáthedra fúerit magístri docéntis. Tu.

℟. 1. Sancta et immaculáta. *et finiatur cum* Allelúya. [492].

*Lectio ij.*

EX hac doctrína sana didícerat Paulus apóstolus quod docébat : quando dicébat, Si quis autem suis et máxime doméstícis non próvidet : fidem negat, et est infidéli detérior. Quid autem tam cuique doméstícam quam paréntos fíliis, aut paréntibus fílii ? Hujus ítaque salubérrimi precépti, ipse magíster sanctórum de seípso constituébat exémplum, quando non ut fámule Deus quam creáverat et regébat : sed ut matri homo de qua natus fúerat, et quam relinquébat álterum pro se quodámmodo fílium providébat. Nam cur hoc fécerit : quod séquitur índicat. Ait enim Evangelísta, Ex illa hora accépit eam discípulus in sua : de seípso dicens. Sic quippe commemoráre se solet : quod eum diligébat Jesus. Qui útique omnes, sed ipsum pre céteris et familiárius diligébat, ita ut in convívio super pectus suum discúmbere fáceret : credo ut istíus Evangélii, quod per eum fúerat predicatúrus divínam excelléntiam hoc modo áltius commendáret. Sed in que sua Johánnes matrem Dómini accépit ? Nunquid enim non ex eis erat qui dixérunt ei : Ecce nos relínquimus ómnia, et secúti sumus te ? Sed ibi quoque audíerant, Quicúnque ista dimíserit propter me : accípiet in hoc século cénties tantum. Tu.

℟. 1. Beáta es María. *et finiatur cum* allelúya allelúya. [494].

*Lectio iij.*

HAbébat ergo ille discípulus centuplíciter plura quam dimíserat : in que suscéperat ejus matrem qui illa donáverat. Sed in ea societáte beátus Johánnes recéperat céntuplum, ubi nemo dicébat áliquid suum, sed erant

illis ómnia commúnia : sicut in Actibus apostolórum scriptum est. Sic enim erant apóstoli quasi nichil habéntes et ómnia possidéntes. Quómodo ergo Matrem Magístri et Dómini sui discípulus et fámulus accépit in sua, ubi áliquid suum nemo dicébat ? An, quia páulopost in eódem libro légitur, Quotquot possessóres prediórum vel domórum erant, vendéntes afferébant précia illórum et ponébant ante pedes apostolórum, distribuebátur autem unicuíque prout cuíque opus erat, intelligéndum est sic distribútum fuísse huic discípulo quod opus erat, ut illic étiam beáte Maríe tanquam matris ejus pórtio ponerétur ? Magísque sic debémus accípere quod dictum est, Ex illa hora accépit eam discípulus in sua : ut ad ejus curam quicquid ei esset necessárium pertíneret. Suscépit eam ígitur in sua, non prédia que nulla próprie possidébat : sed offícia que própria dispensatióne exequénda curábat. Tu autem.

℟. [3.] Felix namque es.[30] *et finiatur cum* allelúya. [514].
*Ps.* Te Deum. [41].[31]

## *Ante laudes.*

℣. Ora pro nobis sancta Dei génitrix. 135.

## ℂ *In laudibus.*

*Hec sola ant.* O admirábile. 509. *et finiatur cum* allelúya. [*hoc modo.*][32]

1519:239r.



de- i- tá-tem al-le-lú-ya.

*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45]. *et ceteri psalmi consueti.* [*137r.*]
*Capitulum.* Ab inítio et. [502].
*Hymnus.* O gloriósa fémina.[33] {267}.
℣. Elégit eam Deus.
℟. Habitáre. *et finiatur cum* allelúya. 36.
*Ant.* O gloriosa genitrix.[34] *et finiatur cum* allelúya. [516].

*Ps.* Benedíctus. 59*.

*Oratio.* Concéde nos fámulos. [505].

*Memoria de aliquo sancto fiat ut supradictum est ad vesperas.* 1374.

## ¶ *Ad j.*

*Ant.* O admirábile. 509.

*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].

*Ps.* Beati immaculati. (*cxviij.* 1.) [96].

*Ps.* Retribue. (*cxviij.* 17.) [97].

*Ant.* Te jure laudant. *et finiatur cum* allelúya. [99].

*Ps.* Quicunque vult. [100].

℟. Jesu Christe. *cum* allelúya. [105].

℣. Qui de vírgine. *et dicatur cum eodem cantu quo in die natalis Domini.* [106].

## ¶ *Ad iij.*

*Ant.* Quando natus es. 510. [*et finiatur sic.*][35]

1519:239r.




*Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].

*Capitulum.* Ab inítio. [502].

℟. Sancta Dei génitrix. *cum* allelúya. {270}.

℣. Post partum virgo.

℟. Dei génitrix. *et finiatur cum* allelúya. [188].

*Oratio ut supra.* [505].

## ℂ *Ad vj.*

*Ant.* Rubum quem víderat. 510. *et finiatur cum* allelúya. [*sic.*][36]

1519:239r.




*Ps.* Defécit. (*cxviij.* 81.) [141].

*Capitulum.* Et sic in Syon. [502].

℟. Post partum. *et finiatur cum* allelúya. [498].

℣. Speciósa facta es.

℟. In delíciis. *et finiatur cum* allelúya. [498].

*Oratio ut supra.* [505].

## ℂ *Ad ix.*

*Ant.* Germinávit radix Jesse. 511. *et finiatur cum* allelúya. [*hoc modo.*][37]

1519:239r.




*Ps.* Mirabília. (*cxviij.* 129.) [150].

*Capitulum.* Et radicávi. [503].

℟. Speciósa facta es. *cum* allelúya. [499].

℣. Elégit eam Deus.

℟. Habitáre facit. *et finiatur cum* allelúya. 36.

*Oratio ut supra.* [505].

*Et cetera omnia fiant sicut in servitio beate Marie notatur ita tamen quod in fine omnium hymnorum dicetur versus,* Quésumus auctor ómnium. *et versus* Glória tibi Dómine, Qui natus. [*et fiat memoria de resurrectionis sicut in festis cum regimine chori.*][38]

## Notes, pages 1348-1379.

[1] In BL-52359:162v. the final 'Allelúya' is set FAG.GF.G.F.
[2] In BL-52359:162v. 'tuo allelúya' is set GABAGA.AG FACD.CBAGACBCACEDCCBABAG.GACAB.AG. PEN:107.r. is missing the first 'et', but the neume is present; 'signácula' is set CBCBABC.C.C.BCDCBABCBA.
[3] In 1519:240r. and BL-52359:162v. 'odóris' is set A.A.AGABA. In BL-52359:162v. 'implémini' is set A.CDC.ACABC.C.
[4] 'phila/delphie', 1531:135r.
[5] In 1519:234v. 'magni' is set CCC.C. In 1519:234v. 'virtus' is set Cb.ACCACGGF. In BL-52359:163r. and PEN:107v. 'magni' is set C.CCC. In PEN:107v. 'virtus' is set Cb.ACGCGGF.
[6] 1519:235r.
[7] In 1519:235r. 'Evam' is set G.GA; 'patefácta' is set D.FE.D.D.
[8] 1519:235v. has no flat.
[9] 1531:135r. has '℟. Jesu Christe. *cum* Alleluya. ℣. Qui surrexisti a mortuis.'
[10] 1519:236r.
[11] In AS:253. the fourth 'allelúya' is set A.A.F.A. In BL-52359:163v. the second 'allelúya' is set D.C.B.A.
[12] 1519:236r.
[13] 1519:236r.
[14] 1519:236r.
[15] In BL-52359:164r. the first 'Allelúya' is set A.G.A.G.
[16] In 1519:236v. BL-52359:164r. and PEN:108v. 'Hierúsalem' is set F.G.FE.F. In PEN:108v. 'ornátum' is set Fe.DE.D; the first syllable of the final 'allelúya' appears 6 notes earlier.
[17] 1531:135v. has 'celum terram'. In 1519:237r. 'celum' is set A.G. In BL-52359:164r. 'Dóminum' is set EDE.C.CB. BL-52359:164r. omits the second 'et'; 'adoráte' is set F.F.GAGA.G; 'celum' is set A.G. BL-52359:164r. has no flat.
[18] In aS:254. 'michi' is set G.FAC. In BL-52359:164v. 'vive' is set ACDCBCDCD.DC; the first 'allelúya' is set CA.BA.G.G.
[19] 1531:135v. has 'civitatem sanctam'. 1519:237v. has no flats before the last B of 'oriéntem' BL-52359:164v. has no flat at 'civitátis'; 'nómina' is set A.G.GF; 'eam' would have B-flat. In PEN:109r. 'eam' would have B-flat.
[20] In AS:255. 'lapídibus' is set A.CD.ABAGA.AG. BL-52359:165r. has 'in terram'; the first 'allelúya' is set F.AG.Ag.FGAGFEED. In PEN:109v. descendéntem' is set A.BCD.Cb.A; the first 'allelúya' is set F.Ag.A.FGAGFEDED.
[21] 1531:136r. has 'perficeret.' In BL-52359:165r. 'fulgébant' is set ABA.GABAGA.AG; 'Dum' is set FEF; the first two 'allelúyas' are set B.C.D.DEd Cb.AGAG.ACDCC.CB; the third 'allelúya' has no flat.
[22] 1531. does not extend this week beyond matins of feria sexta. Rather, it continues with plenum servitium de sancta Marie in tempore pasche. It would seem that with the consistent use of the

plenum servitium and the expansion of the sanctorale the antiphons for vespers of feria vj. and matins of sabbato would no longer be required.

[23] AS:256.

[24] Legendum '*tertia*' cum Portiforiis. [SB:dccclxxviii.]

[25] In place of the above rubrics, 1519:238v. has '*Si aliquod festum in aliqua predictarum sive subsequentur usque ad ascensionem Domini evenerit : ordo psalmorum servetur, non ordo feriarum et si necesse fuerit repetantur. Si aliquod festum in aliqua predictarum feriarum contigerit unde fieri debeat servitium : deinceps non servetur ordo feriarum in versiculi et responsoriis cantandis : sed ordo versiculorum et responsorium in feriis subsequentis quod etiam observetur per singulas ebdomadam usque ad ascensionem Domini, videlicet ab una dominica usque ad aliam dominicam tantum. Non tamen semper eadem responsoria, sed alias alia responsoria dicantur sicut inferius patebit. Ita tamen quod responsoria de quarta feria non omittantur que dicantur quando ultimo fit servitium de feria ante tertiam dominicam : si iij. feria in aliqua ebdomada per idem tempus non vacaverint.*'

[26] 1519:238v.

[27] 1519:238v.

[28] 1519:239r.

[29] *Augustini Opera* III. 2439. [SB:dccclxxix.]

[30] SB:dcclxxi. includes the full text: [sacra virgo María, et omni laude digníssima, Quia ex te ortus est Sol Justície, Christus Deus noster.

℣. Ora pro pópulo, intervéni pro clero, intercéde pro devóto femíneo sexu : séntiant omnes tuum levámen, quicúnque célebrant tuam commemoratiónem. Quia ex te. Glória.]

[31] 1519:239r. omits '*Ps.* Te Deum'.

[32] 1519:239r.

[33] *Hymnus de Laudibus in festo Annunciationis B. Marie Virginis.* [SB:dccclxxxii..]

[34] SB:dccclxxii. includes the full text at this point: 'virgo semper María que / Dóminum ómnium / meruísti portáre, / Regem angelórum sola / virgo lactáre ; / nostris précibus / pie memoráre, / et pro nobis Christum / semper deprecáre ; / ut tuis suffúlti / patrocíniis / ad celéstia regna / mereámur perveníre, / Per Christum.'

[35] 1519:239r.

[36] 1519:239r.

[37] 1519:239r.

[38] 1519:239r.